men voluit eos dñs ſeruitȷ̈ ſcemate caſti-
gare ꝓpter tranſgreſſiões legũ. Ioſephꝰ dt
q2 in iubileo ꝯueniebat venditor agri ꝛ em-
ptor: ꝛ reputãtes fructꝰ ꝛ expẽſas in agrum
factas fructib⁹ exuberaſſe cõpertis vẽditor
recipiebat agrũ. Si ꝟo expẽſe trãſcẽderũt
h̃ qd̃ deerat recipiebat emptor: ꝛ a poſſeſſi-
one diſcedebat. Hãc tñ cõputatõem fieri li
cuit infra annũ iubileũ. nedum in ip̃o ſi vẽ-
ditor ꝓ̇us vellet r̃uocare qd̃ vẽdidit. Lr̃a le
uitici videt̃ velle q᷑ iuxta numeꝝ annoꝝ vſ
qȝ ad iubileũ maiori minorive ꝑcio, iubebat
agrũ vẽdi ne vẽditor grauaret̃ ſi modico
vẽderet. ꝛ plurimi anni ſuꝑeſſent vſqȝ dũ re-
ciꝑet qd̃ vẽdiderat. ꝛ ne grauaret̃ emptor: ſi
multo emeret qd̃ ĩ ꝓximo amiſſurꝰ erat. De
terminata q̇ȝ fructuũ reputatiõe ꝛ expẽſaꝝ
infra iubileũ addit q᷑ ſi vẽditor qd̃ ſuꝑerit
expẽſaꝝ reddere nõ poterit: habeat emptor
agrum vſqȝ ad iubileũ. In ip̃o eñ oĩs vẽ
ditio redibat ad ꝓ̇ſtinum poſſeſſorem. Ter
ram aũt ſic voluit dominꝰ vendi ab eis ſub

cōditiōe recipiēdi: quia sua erat ⁊ nō ipoꝝ. Alienigenas tñ seruos voluit eos in ꝑpetuum possidere.

¶ De bñdictiōib⁹ ⁊ maledictiōib⁹
Caplm. XXXI.

Aliū preceptoꝝ observatoribꝰ ꝓmisit dñs bñdictiōes suas dicēs. Dabo vobis pluuias tēporibꝰ suis ⁊c̄. vbi. xxx. clausule ꝓmissionū inueniunt. Trāsgressoribꝰ ꝟo lōge plures ingeminat maledictiōes.

¶ De decimis ⁊ votiuis
Caplm. XXXII.

In decimatiōe animaliū qđ decimū vel nascēdo vl' numerādo veniebat dño scti̇ficabatur: nec mutari licebat in meliꝰ vel deteriꝰ. Similiter animal qđ vouebat dño nō licebat immutari. si q̇s qđ vouerat ĭmutaret ⁊ votiuū ⁊ immutatū erat dñi. Sed distinguendū est de huiusmodi votis. Aliqñ em̄ sic ex voto aliq̇d scti̇ficabaṫ dño qđ anathematizabaṫ: illđ nō poterat vēdi a sacerdotibꝰ vel alienari. Qñq3 nō sic obligabanṫ votiua: s3 poterāt vēdi a sacerdote determinato ꝑcio ſm vtilitatē q̄ ex his poterat ꝓuenire: siue esset anĭal vel fundꝰ. Qui tñ voto dederat si volebat illud emere supra estimatiōem, p q̄ alij dareṫ adderet q̇ntā eiꝰ partē. Qđ ideo est statutū: ne q̇ vouerat ad recipiēdum qđ vouerat aspiraret: q̄si pnĭa ductꝰ: ne etiā digniorē alijs se putaret in emptione eius rei q̄ eam dederat.

Historia Numeroꝝ caplm. j.
De excubijs circa tabernaculū cap. ij.
De cōmutatiōe ꝑmogenitoꝝ p leuit̄. ca. iij.
De etate ministrātiū in tabernaculo: Et de differētia ministroꝝ ca. iiij.
De q̇dam mō reddēdi rē alienā ca. v
De iudicio zelotypie ca. vj.
De sanctimonio nazareoꝝ ca. vij
De benedictiōe sup̄ ꝑplm ca. viij
De oblatiōibꝰ. xij. dierum in dedicatiōe tabernaculi. ca. ix
De ꝯsecratiōe leuitaꝝ ca. x.
De his q̇ nō possunt facere phase ꝑmo mēse vt faciāt scđo ca. xj
De tubis argenteis ⁊ modo clangendi in eis ca. xij
De recessu israel a mōte synai ca. xiij
De electiōe. lxx. senioꝝ ca. xiiij
De datiōe carniū ⁊ ira dei sup̄ eos ca. xv.
De plaga marie ⁊ causa lepre ca. xvj.
De. xij. exploratoribꝰ ca. xvij.
De murmure ꝑpli pro q̄ p. xl. annos in deserto perierūt ca. xviij.
De lapidatione colligentis ligna in sabbato. caplm xix
De scismate chore dathan ⁊ abyron ⁊ plaga eoꝝ ca. xx.
De exustiōe ꝑpli extincta p Aaron ca. xxj.
De ꝟga aaron q̄ nocte vna frōduit: floruit: ⁊ pepit nuces ca. xxij.
De reditu in cades in. xl. anno. ca. xxiij.
De morte marie ⁊ aq̄s ꝯdictiōis ca. xxiiij
De circūitu idumee ca. xxv
De morte Aaron ca. xxvj
De victoria post votū anathemat̄. ca. xxvij
De ꝟpēte eneo ꝯ ignitos ꝟpētes ca. xxviij
De scopul' torrentiū q̄ gestierūt ca. xxix
De cantico ad puteū ca. xxx.
De morte Seon regis amorreoꝝ: ⁊ Og rege basan ca. xxxj.
De itinere Balaam ⁊ q̄r locuta est ei asina. caplm xxxij.
De ariolathesi balaā ⁊ eiꝰ ꝓphetia. ca. xxxiij
Ex amore mulierculaꝝ initiatus est israel beelphegor ca. xxxiiij.
De zelo phinees ca. xxxv
Secundꝰ numerꝰ bellatoꝝ ca. xxxvj
De iure successiōis hereditarie ca. xxxvij
De substitutiōe Josue ca. xxxviij
De libaminibꝰ ca. xxxix.
De iugi sacrificio ca. xl
De sabbato ⁊ oblatiōibꝰ eiꝰ ca. xlj
De neomenia ca. xlij
De phase ca. xliij
De pentecoste ca. xliiij
De festo tubaꝝ ca. xlv
De festo ꝓpitiatiōis ca. xlvj.
De scenophegia ca. xlvij
De votis ca. xlviij.
De destructiōe madiā ⁊ ꝑde diuisiōe. c. xlix
De sorte duaꝝ tribuū ⁊ dimidie ca. l.
Cathalogꝰ. xl. duaꝝ māsionū ca. lj
De vrbibꝰ leuitaꝝ ⁊ de suburbanis ca. lij
De matrmonio ꝯtribulū ca. liij.

Historia Numeroꝝ
Capitulū.I.

QUarta huius historie distinctio hebraice đr vaiedaber: qđ sonat: ⁊ locut⁹ est. Apđ nos tñ ⁊: non habet̄. Nomē grecū in scriptis nostris nō habem⁹. nā grece baresmotalias ellesmoth: latine liber numeri vel numeroꝝ đr. Et đr qñq̄ numeri pluralit̄. vñ et dici solet: legit̄ ħ in numerꝫ. Merito aūt ħ noīe censet̄: q̄ q̄ttuor p̄ncipalr̄ hic numerātur de omni p̄p̄lo viri apti ad arma ferenda Primogeniti leuite qui etiam bis numerātur. māsiōes p̄ q̄s pfecti sūt. Sed nec mulieres nec miores. xx. annoꝝ: nec vulg⁹ pmiscuū: nec debiles ad bella numerant̄. Ad hāc partē historie sic transit Joseph⁹. Moyses p̄dictā ꝯstitutiōem legū duz sub syna morarent̄ a deo cognouit ⁊ hebreis scriptā cōtradidit. Cūq̄ circa legislatiōem hec sufficere putaret: ad exercitij militaris iura ꝯuersus est. ⁊ numerauit populoꝝ capita. s. pugnare valētium. Moyses đt dñm sup̄ ħ locutū fuisse dicēs. Locut⁹ est dominus ad moysen in deserto synai in tabernaclo federꝫ p̄ma die mēs̄ scđi: āno scđo egressionis de egypto. Et nota q̄ p̄termittit hic q̄dā q̄ facta sūt ī p̄mo mēse scđi anni. s. oblationē. xij. p̄ncipū: quā fecerūt singuli singul̄ dieb⁊ ī dedicatiōe tabernaculi ⁊ solēnitate phase: q̄ p̄prio noīe đr pasca: ī deserto. ⁊ forte sctificatiōe leuitaꝝ. De his tñ īfra aget p̄ recapitulatiōem. Proseq̄ntes ḡ ordinē libri: dicim⁹ q̄ moyses ⁊ aaron ⁊. xij. p̄ncipes tribuū ex p̄cepto dñi anno scđo: mense scđo die p̄ma mēsis numerauerūt viros p̄ter tribū leui a vicesimo āno ⁊ sup̄. Joseph⁹ certū terminū posuit. s. vsq̄ ad. l. annū. ⁊ numerati sūt p̄ generatiōes ⁊ familias ⁊ domos ⁊ noīa ⁊ capita singuloꝝ. Hec aūt q̄nq̄ ad inculcatiōem tm̄ q̄dam apposita tradunt ⁊ hic ⁊ in Josue. sed ꝯgrue q̄dē distingui possunt generatiōes vel cognatiōes. Uocat hic trib⁊ ip̄as. xij. familias: que ex ip̄is filijs patriarcharum p̄mo descenderunt. Uerbi grā. In vna tribu leui fuerūt tres familie. caathite gersonite: merarite. Unaq̄q̄ familia mltas habebat domos in q̄b⁊ p̄prij patresfamilias erāt. Et addit̄: noīa ⁊ capita: intrāsitiue legēdū est. i. capitū noīa. s. singuli hoīes in eadē domo. Fuerūt aūt in summa. dcij. milia q̄ngenti quinquaginta.

Vulg⁹ pmiscuū vocātur q̄daz egyptij q̄ secuti erāt eos egressuros

Nota q̄ p̄mū pascha fecerūt ī egypto. Secūdū fecerūt ī deserto: de q̄ hic loquitur Tertiū fecer̄t ī igressu ⁊ introitu terre pmissiōis in galgalis. Quartū fecerūt ī terra pmissiōis

¶De excubijs circa tabernaculū
Caplm̄. II.

RECEPIT ETIAM DOmin⁹ vt sp̄ poneret̄ tabernaculū in medio castroꝝ. ⁊ filij israel p̄ gyrū excubarēt p̄ turmas ⁊ cuneos: qđ p̄ eođ hic accipit̄. Turma em̄ p̄prie. xxx. miliuz ē. Et đr cune⁹ q̄si cōueniens multitudo. Excubare ei large ħ accipit̄. Excubie etiā p̄p̄e dici vigilie noctꝫ. Terne trib⁊ p̄ q̄ttuor p̄tes tabnaculi excubabāt ita tñ r̄moti vt maxias ī medio plateas haberēt. Eratq̄ ornat⁹ q̄si fori reꝝ venaliū singulis ī ordīe ꝯstitutis. Opifices etiā artiuz ī statōib⁊ suis erāt: ita vt vrbi cōpetēter edificate castra eoꝝ simillima viderēt̄. Judas itaq̄ isachar ⁊ zabulon castrametabant̄ ad orientē. Ruben symeon ⁊ gad ad meridiem Effraim beniamin manasses ad occidentē Dan aser ⁊ neptalim ad aq̄lonē. Int̄ tabnaculū ⁊ castra excubabāt leuite ī tabnacul̄ suis: p̄pinq̄ores tabnaculo q̄z castris. Et excubabāt silr̄ p̄ q̄ttuor plagas. Moyses ⁊ Aaron cū suis ad oriētē: reliq̄ ab his. Caathite ad meridiē sub custodia eleazari filij Aarō excubabāt. Filij āt gersonite ad occidētem. Merarite ad septētrionē. ⁊ erāt vtriq̄ sub custodia Jthamar.

Multitudo đr cuneus q̄si coune⁹. a cō et vniēdo.

¶De cōmutatiōe p̄mogenitoꝝ p̄ leuitis
Capitulū. III.

SEPARAUIT SIBI DOMInus tribū leui p̄ p̄mogenitis q̄ tūc habebāt ⁊ iumēta leuitaꝝ p̄ p̄mogenitis iumētoꝝ q̄si cōmutatiōem faciēs cuz populo. Primogenita em̄ oīa specialit̄ tūc

erāt sua. q꞉ cū occideret ꝓmogenita egypti pepercit ꝓmogenitꝭ eoꝝ reseruās ea sibi. Deinceps tñ ꝓpter idipm oīa ꝓmogenita eorū sanctificauit sibi in ꝑpetuū. ⁊ maxime q꞉ ꝓmitie q̄rumlibet fructuū debent dño. Pro his ḡ ꝓmogenitis q̄ tūc habebant tulit sibi tribū leui ⁊ iumēta eoꝝ. ⁊ popul⁹ ꝓmogenita illa habuit pro leuitis ⁊ iumētis eoꝝ. Et ne duodenari⁹ numerus tribuū minueret꞉ tribū manasse q̄si ꝑ leuitis īstituit: effraim ꝟo ꝑ Joseph. Ne autē maior videret numerus leuitaꝝ q̄ꝫ ꝓmogenitoꝝ: ⁊ ita iniqua esset cōmutatio ait dñs ad Moysen Numera filios leui masculos ab vno mense ⁊ supra. ⁊ cū numerati essent: inuēti sūt. xxij. milia. Nota tamē q꞉ si diligenter attēdas ī libro numeroꝝ numeꝝ eoꝝ ꝑ familias: inuenies. xxij. milia et trecentos. Dicit hebre⁹ q꞉. ccc. erāt in eis ꝓmogeniti: ⁊ ita iā erāt dñi. Iteꝝ ait dñs ad moysen. Numera ꝓmogenitos mascl'os a mense vno ⁊ supra Et inuēti sūt. xxij. milia. cclxxiij. Tulit autē moyses ī ꝑcio. cc. lxxiij. q̄ superāt ꝑ singula capita q̄nqꝫ siclos ad mēsurā sanctuarij: ⁊ dedit eos Aarō ⁊ filijs suis iuxta ꝟbum domini.

Jacob ei ī bñdictione filioꝝ suoꝝ ꝓmiserat filijs Joseph/ ꝙ vterqꝫ facturus essꝫ tribum

Ne ḡ dānosa esset illa ꝑmutatio dño si nō restauraret ei ꝑ ꝓmogenitis qđ deerat in leuitis. recepit ꝑ q̄libet ꝓmogenito q̄nqꝫ siclos argēteos.

¶ De etate ministrātiū in tabernaculo: ⁊ de differētia ministroꝝ.

Caplm. IIII.

Iterūqꝫ ait dominus ad moysen. Numera leuitas a. xxx. anno vsqꝫ ad. l. vt seruiāt mihi ī duobus. hi in tabernaculo portādo ⁊ collocando: senes emeriti in ꝟuādo. Et cū numerati essent: inuēti sūt. viij milia. d. lxxx. lxx. tamē dicūt a. xxv. āno quē numeꝝ annoꝝ ī ordinatiōe sacerdotū ⁊ nos obseruam⁹ Isti deferebant tabnaculū in hūc modū q꞉ nō licebat ea q̄ erāt vltra velū nuda videri. Ideo ꝓmo intrabāt sacerdotes ⁊ inuoluebāt arcā: ꝓpitiatoriū ⁊ cherubin. Pri⁹ ꝟo velū qđ ante pēdebat. ⁊ post palliū iacinctinū ⁊ cādelabꝝ aureū: altare ⁊ mēsam cū vtēsilibꝫ suis pallijs inuoluebant. Tūc intrantes caathite ꝓprijs humeris oīa hec inuoluta deferebant. Similiter ⁊ altare holocausti cū vtēsilibꝫ suis vt quibusdā videt. Gersonite vt breuiter dicam⁹: deponētes tectū tabernaculi: mollia ferebāt in curribꝫ. s. cortinas: saga: pelles rubricatas ⁊ iacictinas. tentoriū qđ erat ante tabernaculū: cortinas q̄qꝫ atrij: ⁊ funes ⁊ vasa ministerij q̄ ad altare eneū ꝑtinebāt. De altari holocausti tacet liber a q̄ ferebat. Pōt tñ dici: q꞉ vasa eius ferebāt gersonite: vt ī libro hr̄. Ipm altare caathite ꝓprijs hūerꝭ ferebant. Merarite ꝟo vt breuit dicam⁹ oīa tabnaculi ⁊ atrij q̄ dura erāt: tabulas bases: vectes: columnas: paxillos: ⁊ ea ferebāt curribꝫ. Emeriti leuite nō ꝟuiebāt sic in oꝑe: sed posito tabernaculo sedebāt custodes.

Oēs a. xxx. āno vsqꝫ ad. l. portabāt tabernaculū. ⁊ collocabāt ea q̄ attinebāt. At q̄ erāt supra. l. emeriti dicebant.

Sꝫ q꞉ ibi. sꝫ ⁊ altare mundabāt cinere dr̄ q꞉ caathite portabāt altare hūeris ⁊ vasa ei⁹. Pōt dici poti⁹ ꝙ gersonite ferebāt vasa misterij altarꝭ: nō altarꝭ vasa. Aliq̄ forte in q̄bꝫ ponebāt ea q̄ portabāt ꝑtinētia ad altare. ⁊ illa vasa ponebant sup curr⁹

¶ De q̄dam mō reddēdi rē alienā

Caplm. V.

Tunc precepit dominus eijci ꝑ man⁹ sacerdotū a castrꝭ leprosos ⁊ semine fluētes. ⁊ factum est ita. Addidit q̄qꝫ dñs de redditiōe aliene rei vt fierēt cū q̄nta parte capitis. Sꝫ q꞉ ī exodo videt dicere ꝯtrariū. s. vt in q̄druplū redderet. Ideo hucusqꝫ distulimus vt hic soluerem⁹. Et dicim⁹: quia aliene rei possessio aliq̄n fiebat ex industria: furto: vel rapina. aliq̄n fiebat ꝑ negligentiā: aliq̄n ignorāter. De re sublata sciēter ī Exodo dicitur ꝙ restituatur in quadruplum si perierat res: ꝙ si extabat in duplum. Si ibi le

Cū q̄nta capitis reddebat illa res q̄ reddebat cū q̄nta ꝑte ꝑcij eiusdem

Quia ꝑsumit res extata ad restituenduꝫ cōseruata

gis.v.boues p vno.alia ẽ trãslatio fm ꝗsdã. ⁊ ꝙ in ꝗdruplũ veriꝰ dicať:ex ꝟbis Zachei pbať.De sublata ꝑ ignorãtiã agit hic vt reddať caput ⁊ ꝗnta ꝑs desuꝑ.vel de re furtiua si penitꝰ latet:⁊ fur penitẽs spõte ꝯfiteť ⁊ reddit.Si ꝟo nõ eẽt ꝗ reciperet:redderetur dño ⁊ eẽt sacerdotis.Pro pctõ ꝟo furti vel negligẽtie fiebat aliq̃ oblatio fm q̃ntitatez rei.Josephꝰ dt auꝝ ⁊ argẽtũ reddi ĩ duplũ iumẽta in q̃druplũ.solũ bouẽ in ꝗntuplum qꝛ q̃nto possideť ceteris vtiliꝰ:tanto amittitur damnosiꝰ

❡De iudicio zelotipie Caplm.XVI.

Addidit quoqꝫ dominꝰ de lege zelotipie.Zelꝰ ꝓprie dr amor viri ĩ vxorẽ.p q̃ sustinere nõ põt vt aliȷ̃ misceať.Vñ vir dr zelotes.Zelotipia ꝟo q̃nqꝫ dr mechia:⁊ zelotipꝰ adulter. Solet ꝗ zelotipia dici sola suspicio adulteriȷ̃.de q̃ legiť hic ad hũc modũ.Si spũs zelotipie ꝯcitauerit viꝝ ꝯtra vxorẽ suã q̃ polluta est:sed ꝓbari nõ põt.vel q̃ falsa suspicione ĩpetiť:adducet eã ad sacerdotẽ:⁊ offeret p ea assariũ farine hordeacee qd ẽ decia ꝑs sati.nõ fundet oleũ:nec thus imponet. Sacerdos aũt statuet eã corã dño ⁊ ponet in manibꝫ eiꝰ in vase fictili aq̃s viuas ⁊ oblationẽ farine.pugillũ cuiꝰ ⁊ thus iucendet suꝑ altare.⁊ mittet ĩ aquã pauxillũ pulueris de pauimẽto tabnaculi.⁊ nudabit caput eius.scribetqꝫ in membrana(vt dt Josephꝰ)dei vocabulũ.s.tetragrãmaton. Facietqꝫ eã iurare ꝙ nil viro suo nocuerit ĩ his q̃ sibi obiȷ̃ciunť. Et si h̃ viro suo nõ sufficiet:subdt sacerdos maledictões etiã scptas ĩ mẽbrana ⁊ dicet.Si nõ es polluta deserto viri thoro:nõ te noceãt aq̃ iste amarissime.Si ãt declinasti a viro ĩgrediant aq̃ maledicte vẽtrẽ tuũ:⁊ ip̃m tumescere faciant ⁊ putrescat femur tuũ dextꝝ.Et dicet mulier Amen amen.Et delebit sacerdos oẽm mẽbrane scpturã ĩ aq̃s:⁊ dabit ei bibere.⁊ tũc sacerdos tollet de manu eiꝰ sacrificiũ zelotipie.⁊ eleuabit illd corã dño:⁊ ponet super altare.Et si rea erit adulteriȷ̃ mulier:putrescet femur eius:⁊ vterꝰ tumebit in hydropisim.nõ tamẽ statim:sed vsqꝫ ad decẽ mẽses. Et si nõ polluta erit:innoxia erit ei aq̃.imo sepe ꝯcipiet ⁊ pariet masculũ mẽse decimo De aq̃ dicebanť sctẽ ꝓpter nomẽ dñi dilutũ in eis.⁊ dicebãť maledicte ꝓpter maledicta ꝯgesta ĩ eis.⁊ amarissime ꝓpter effectũ ꝗ q̃nqꝫ seq̃bať.Hec ãt lex introducta fuit ad duriciã cordis eoꝝ:sicut ꝑmissus est libellꝰ repudiȷ̃:qꝛ prompti erant ad effundendũ sanguinem.

❡De sanctimonia nazareoꝝ
Caplm.XVII.

Locutus ẽ dominus ad moysen de lege nazareorum.Nazareus sonat sctũs vel florens vel germinãs.Dicebanturqꝫ nazarei ꝗdaz ꝗ ex voto obligabãt se sanctimonie vsqꝫ ad certũ tp̃s.vel iugiť vt Samuel:⁊ ꝯsecrabãt se dño.⁊ q̃si seꝑabanť a cõi vita hoĩm.sicut ꝗs mõ ꝑ annũ vl duos ex voto fuit ĩ hospitali hierlm.Sctĩtatis eoꝝ lex fuit hec. Oĩ tẽꝑe seꝑatiõis sue nouacula nõ trãsibat suꝑ caput eiꝰ.Vñ forte ꝗdã pingũt aplos ⁊ chrm crinitos:nõ in re sed ꝓ sctĩtate.Nihil qd inebriare poterat bibebãt.nõ edebãt aliq̃d qd esset ex vinea ab vuapassa vsqꝫ ad acinũ.ad nullũ mortuũ ingrediebanť. Et si mortuꝰ esset subito ꝗspiam corã eo polluebať caput ꝯsecrationis sue et ilico radebat caput suũ.⁊ rursum

ist est immatura q̃ ante maturitatem collecta seruatur:⁊ tãdez missa in aquam grossescit.

die septimo offerebat par turturum aut duos pullos columbaꝝ.quoꝝ vnuz sacerdos faciebat ꝓ pctõ: alteꝝ in holocaustũ.diesqꝫ quos fecerat p infectis erant:⁊ voti sui sanctimoniã iteꝝ incipiebat. Forte nõ ꝓ ꝗlibet mortuo:sed ꝓ occiso corã eo polluebať ꝗcquid fecit ꝓpter sanctimoniã.Cõpletis aũt diebus voti sui offerebat agnũ agniculũ ĩ holocaustũ:ouẽ anniculã ꝓ pctõ:arietẽ hostiã pacificã.Et nota cũ ita simplr poniť aries ꝙ hebreꝰ dt ad minꝰ duoꝝ annoꝝ cũ debere esse.Canistꝝ qqꝫ diuersoꝝ panũ azymoꝝ exceptis his q̃ spõte offerebat iuxta ꝑfectionem sanctitatis sue.q̃ oblatio dicebať corban.i.munꝰ.Et offerebat mulier.xxx.siclos si poterat.vir.l.sin autẽ:ad arbitrium sacerdotis pauꝑ offerebať. Cũqꝫ ĩmolauerat hostias sacerdos ritu suo reddebať nazareus ad ostiũ tabernaculi:ponebatqꝫ sacerdos crinẽ eiꝰ in ignẽ sacrificiȷ̃:⁊ sic ad cõem hominũ vitã redire poterat

¶De benedictione sup̱ populũ
Capl'm. VIII.

Verũ locutus ē dominꝰ ad moysen. Aaron ⁊ filij eius innocabũt nomen meũ sup̱ filios israel ⁊ ego benedicam eis. Hoc fit ī omnibꝫ sacramētis ecclesie. Innocabũt autē sic. Benedicat tibi dñs deus ⁊ custodiat te. det tibi pacem: ⁊ ostendat tibi faciem suam.

Quid factũ sit ꝑmo mense secũdi anni cũ sit omissuꝫ hic explanabit̃.

In numeris in forma bñdictiõis huiꝰ ter ponit̃ nomē dñi.

¶De oblationibꝫ duodecim dierũ in dedicatiõe tabernaculi.
Capl'm. IX.

Factuꝫ est autem in die qua vnxit Moyses tabernaculũ ⁊ sanctificauit illud: obtulerunt xij. ꝑncipes tribuũ ī altar' strenuatiõem vt hebreꝰ habꝫ. vj. plaustra tracta cũ. xij. bobꝫ: singuli bouē vnũ ⁊ bini plaustꝝ vnũ. Et data sũt duo plaustra gersonit' ad ferēda onera eoꝝ ꝺ qbꝫ dixîmꝰ. Et q̃ttuor sũt data meraritis. postea singuli singul' diebꝫ obtulerẽt vasa altari necessaria. Duodecim em̃ diebꝫ solēnitas dedicationis ꝓtelata est. Prima die obtulit Naason ꝺ tribu iuda acetabulũ argenteũ. cxxx. sicloꝝ. Hebreus habet scutellam phialamqꝫ argenteā. lxx. sicloꝝ vtrũqꝫ plenũ simila. in phiala thus ponebatur. Mortariolũ quoqꝫ aureũ decem sicloꝝ plenũ incēso. In hoc vase aromata terebātur. Hebreus habet cochlear: q̇. s. thus in thuribulo ponebat̃. Bouē quoqꝫ ⁊ arietē ⁊ agnũ anniculũ ī holocaustũ, hircũqꝫ ꝓ pctõ: ⁊ ī sacrificio pacificoꝝ. boues duos: arietes q̇nqꝫ. hircos q̇nqꝫ. agnos anniculos quinqꝫ. Eiusdē modi vasa: ⁊ eiusdē hostias obtulerũt alij ꝑncipes q̇sqꝫ die suo. ⁊ sic terminata ē dedicatio. xij diebus. Patꝫ ꝑ recapitulationem hec dici. Octaua em̃ die mensis ꝑmi ẜm q̃ lr̃a videt̃ sonare incboata est dedicatio. vij. em̃ diebꝫ p̃cedētibꝫ eiusdē mēsis ꝯsecrati sũt sacerdotes. ⁊ tabernaculũ inũctũ sed nõdũ dedicatũ. Si ṽo ita est: tũc ꝯsecratio sacerdotũ et dedicatio tabnaculi ꝓtelate sunt. xix. diebꝫ. Itaqꝫ ñ fecerẽt phase eo ãno tp̱e suo. s. die xiiij. Qꝺ tñ p̃ceptuꝫ fuit eis a dño prima die eiusdeꝫ anni. Iõ q̇dã dixerũt vt p̃diximꝰ. vij. dies ꝯsecrationis sacerdotũ fuisse terminales ꝑmi anni. ⁊ ꝑma die scꝺi anni vnctũ tabernaculũ. xij. die finitã dedicatõem. xiiij. die celebratum phase. Põt tñ dici hãc oblatiõem. xij. dierũ factã scꝺo mēse anni scꝺi: nec ꝑ recapitulationē hec dici. Nã ṽo legit̃ ea die inchoataꝫ q̃ vnctũ ē tabernaculũ eadē dicũt ꝓ ꝯsimili q̄ꝛ sicut. viij. die ꝑmi mēsis vnctũ ē tabernaculũ: ita ⁊. viij. die scꝺi mēsis īchoata ē hᶜ oblatio. ⁊ sic. viij. ꝑmis diebꝫ anni tertij sacerdotes ⁊ tabernaculũ ꝯsecrata sũt

Non em̃ licebat duo generalia festa facere simul.

Scꝺm hebreuꝫ bos dicebat̃ ad minꝰ trimus: aries bimꝰ

¶De ꝯsecratiõe leuitarum
Capitulũ. X.

Tex locutus est dominꝰ ad moysen dicens. Tolle leuitas ꝺ medio filioꝝ isrl' ⁊ scificabis eos mihi. Itaqꝫ ẜm p̃ceptũ dñi leuite ꝑus aspersi aq̃ lustrationis. rasisqꝫ omnibꝫ pilis carnis sue vbi nõ includũtur capilli. lotis etiã indumẽtis corã domino steterũt ad ostium tabernacl'i. ꝯuocata oī multitudine: ponẽtesqꝫ manꝰ suas s̃r eos filij isrl' obtulerẽt eos aarõ munꝰ dño vt seruirẽt ī misterio eiꝰ Obtulerũtqꝫ leuite boues duos. q̇ꝝ alteꝝ fecit aaron ꝓ pctõ: alterũ in holocaustũ. ⁊ sic sepati fuerũt dño a filijs israel. Exinde habuerũt in vsus suos ea q̃ dñi erãt. De decimis em̃ viuebãt ⁊ his ꝯtenti erãt. Sacerdotũ ṽo etiã erãt sacrificia: ꝑmitie: ꝑmogenita: vota. His om̃ibꝫ vescebant̃ cũ domo sua: mũdi tñ. p̃ter oblata ꝓ pctõ. q̄ꝛ sacerdotes soli pctã ꝑpl'i comedebãt. Decimã decimaꝝ suaꝝ dabãt leuite summo sacerdoti: ⁊ de melioribꝫ dabant. iõ so-

Plane dici põt q̃ eadeꝫ die incboata sũt cõsecratio vl' vnctio sacerdotuꝫ ⁊ dedicatio tabernaculi ⁊ oblatio ꝑncipum. ⁊ cucurrerẽt simul ꝑ. vij. dies: post q̃s secuta est oblatio. v. diebꝫ. xiij. die ꝯsecrati sũt leuite. ⁊. xiiij. die fecerũt solēne phase.

tē nō habuer̄t i terra qd̄ ꝛ meli⁹ eis cesserat. Tūc ei. xij. ꝑtē tm̄ bonoꝝ terre haberēt: nō habebāt decimā.

¶De his q̄ n̄ possunt facere phase ꝑmo mē se vt faciāt scd̄o

Capl'm. XI.

Locutus est domi nus ad Moysen anno scd̄o mēse ꝑ mo. Hic plane determinat̄ ꝑ recapi tulatiōem h̄ dici. faciāt filij isrl' phase tē pore suo. xiiij. die mē sis vsq3 ad vespeꝝ: ꝛ fecerūt phase. Erāt aūt q̄dā imundi sup aīa hoīs. i. sup hoīeꝫ q̄ dr̄ anīa. cui⁹ cadauer q̄ tetigerāt n̄ poterāt facere phase et dixerunt ad moysen Quare fraudamur ne valeamus offerre inter filios isrl'. Forte indignātes: qꝛ talis imūdicia necessaria ē q̄nq3. Et ꝯsuluit moyses sup hoc dn̄m. Qui rn̄dit ei. Hō d̄ gēte vīa q̄ fuerit imūd⁹ sup anīa hoīs siue i via ꝑcul faciat phase mense scd̄o. xiiij. die oēm ritū phase obseruās. Si ꝟo sine hmōi cauſ tp̄e suo nō fecerit phase: exterminabit̄ aīa ei⁹ de ꝑplis suis. Peregrin⁹ q̄3 aduena si fuerit apd̄ vos faciet phase dn̄i. Si q̄raſ. si iteꝝ i mense scd̄o ꝓpt̄ imūdiciā nō possꝫ facere phase: q̄d faceret. Pōt dici: qꝛ tertio faceret. qꝛ qd̄ i vno dictū ē simil'r daſ i alijs intelligi. Vel forte si deinceps eo anno nō faceret: nō peccaret.

Quasi di. ꝑ h̄ qd̄ ibi dr̄ anno scd̄o patꝫ q̄ istud. s. faciāt filij isrl' phase ꝛc̄. dr̄ ꝑ recapitulationē. Debet em̄ ꝑus dictū fuisse: cuꝫ ꝑus factū sit in mēse sc3 ꝑmo ante oblatiōnē ꝑncipum q̄ suposita est.

A meliori parte totū hoīem significat. s. et aīam qd̄ est freq̄ns i sacra pagina

¶De tubis argēteis ꝛ mō clāgēdi in eis

Capl'm. XII.

Locutus est dominus ad moysen. Fac tibi duas tubas argēteas ductiles: q̄bꝫ ꝯuocab multitudinē. Has duas tubas habebāt in q̄ttuor vsus ad ꝯuocandā multitudinē: ad mouēda castra: ad bella: ad festa. Et erat (vt dt̄ Joseph⁹) tuba fistula cātatoria pene magnitudine cubiti calamo capacior: ꝑbēs in ꝑncipio latitudinē q̄ ꝯueniat ori ad susceptiōem sp̄ūs: q̄ hebraice dr̄ asora. Jn cōuocatōe ꝟo multitudinis aliq̄ erat diuersitas ad ꝯuocādū oēm ꝑpl'm. Utraq3 siml' clāgebāt simpl'r. Ad ꝯuocandos solos ꝑncipes semel clāgebant. Qd̄ dupl'r intelligiſ. i. vna tm̄: vel vno ipulsu. Etiā vt addit Joseph⁹ semel clangebāt si ꝑncipes populū suū q̄sq3 in eccl'ia ꝯuocare volebāt: vel Moyses populū ꝑ ecclesias. Ad castra ꝟo mouēda non simpliciter sed ꝑcise ꝛ ꝓlixius tubis clangebant. Et i ꝑmo sonitu mouebāt castra tres tribꝫ q̄ erāt ad orientē. in secūda q̄ ad meridiē. in tertio q̄ ad occidētē. in q̄rto q̄ ad aq̄lonem. Mod⁹ ꝟo clangēdi in bellis nō distinguiſ. qꝛ forte sicut apd̄ alias natiōes fiebat apud eos. q̄n etiā habebant solēne epulū ꝛ dies festos: ꝛ kalēdas clangebāt. s3 nō est determinat⁹ modus. Sacerdotes autē clangebant.

¶De recessu israel ad montē synai

Capl'm. XIII.

Anno secūdo mense scd̄o. xx. die mēsis: eleuata est nubes de tabernaculo feder̄: ꝛ ꝓfecti sūt de mōte dn̄i viā triū dieꝝ. Dicūt hebrei: q̄ arca ꝑcedebat eos tribꝫ diet̄: sup quā nube stāte q̄si ad certū locū ꝯueniebāt paulatim. q̄dā cit⁹: q̄dā tardi⁹. Sed meli⁹ est vt de h̄ itinere tm̄ dicamus q̄n egressi sūt d̄ mōte sina ꝛ precessit eos nubes. nec quieuit ꝑ tres dies ꝛ noctes. Vn̄ stati mur murauer̄t ꝑ laboꝛe itiner̄ qꝛ nec noctibꝫ castra posuerūt. ꝛ tūc recubuit nubes i solitudine pharan. i. i ꝑma mansiōe quā fecerūt i pharan. Est em̄ phara maxīa solitudo quaꝫ mō saraceni inhabitāt. qꝛ ḡ anno ꝑmo mēse iij. ꝑma die mēsis venerūt ad mōtē dn̄i. ꝛ ab eodē egressi sūt āno scd̄o. xx. die mēsis scd̄i. pꝫ q̄ i hac māsione q̄ ꝛ xij. fuit: fere seder̄t ꝑ annū. Et dt̄ Hieronym⁹. qꝛ ꝑ annū ꝛ q̄t tuor dies ibi fuerūt Qd̄ difficillimū ē inuenire nisi forte fuerit ān⁹ embolismal'.

Veri⁹ ē (inq̄t ma.) vt dicam⁹ q̄n egressi sē de syna tm̄ eos ꝑcessisse nubē.

Solaris ann⁹ superat lunarē. xj. diebꝫ. q̄bus collectis ꝯstituitur vna lunatio ꝑ triginta dies vl' et ꝑ. xxix dies q̄ supsunt reseruat̄. ꝛ ann⁹ q̄ euenit illa lunatio dr̄ embolismal'. alij dicunſ cō

Pōt tñ dici q2 eadē
die q̄ legē accepant
reuoluto anno natu
rali recesserūt. Cū er
go venissent pdie ka
leñ. Junij ad mōtē. ⁊
q̄rta die iunij legē re
cepissent: si eadē die
q̄rto reuoluto anno
recesserūt. patz q2 q̄t
tuor dieb9 ⁊ anno se
derūt ad mōtē. et ita
tertio mēse anni legi
timi: die q̄rto reces
serunt. Tñ nihilomi
nus vez ē: q2 secūdo
mēse āni scōi. xx. die
egressi sūt. Tripl'r ei
accipit ann9 ab eis
pter naturalē. Ann9
vsualis a Januario
quē habēt cōem no
biscū in ptractib9 su
is ⁊ negocijs cōmu
nibus agēdis. Qua
to aūt mēse hui9 an
ni: q̄ta die egressi sūt
nō legit. Est ⁊ apud
eos annus legitim9
q̄ vtunt i legitimis
q̄ agūt. Jn h vt dixi
mus tertio mēse ⁊ die q̄rto egressi sūt. Est ⁊
apud eos ann9 emergēs. Jn memoriā eñ li
beratiōis sue ceperūt annos suos numera
re ab exitu de egypto sicut grecia pma olim
piade. romani ab vrbe pdita. cbriani ab in
carnatiōe dñi. ⁊ hui9 anni scōo mēse. xx. die
egressi sūt. Jā eñ ann9 a phase vsq2 i phase
vn9 trāsierat. ⁊ de scōo a phase. s. vsq2 i pha
se fluxerāt. l. dies. Ergo mēsis vn9. xxx. dieꝝ
fluxerat: ⁊ scō's iā fecerat. xx. dies. Hec autē
annoꝝ distinctio in multis locis necessaria
est. Jn hac māsione media pars exodi. ⁊ to
tus leuitic9: ⁊ numeroꝝ pcepta nō modica
descpta sūt. Nota q2 q̄druplex est ann9. Le
gitim9 emergēs: vsualis: ⁊ naturalis. Ann9
legitim9 hui9 anni tertio mēse iunio: ⁊ quar
ta die eiusdem mensis egressi sunt. Jstū cō
puta a kal' in kal'. Ann9 emergēs: hui9 anni
secūdo mēse. s. xx. die eiusdē: q̄ est q̄rta dies
iunij exierūt. Jstū a phase in phase cōputa

munes. Cōtingit au
tē aliqñ duos cōes
interponi embolisma
li. aliqñ vnum fm q2
vn9 tm bis i deceno
nali ciclo euenit. Jn
est g q2 dixit Hiero
nym9. nisi fuerit em
bolismal' ann9. Jm
possibile ē q2 p annū
naturalē ⁊ q̄ttuor di
es fuerint ibi. si. l. die
a pasca sūt egressi. q2
nūq2 dies pasce idē
est anni pcedentis ⁊
sequētis. ⁊ nunq2 cō
currūt pasca annuū
⁊ annotinū. Simil'r
nunq2 idē est dies. l.
Nō g ab eo die q̄ lex
data ē reuoluto an
no naturali sūt egres
si. s3 cū venissent ad
montē pma luna iu
nij reuolutis lunati
onib9 vsq2 ad pmā lu
nā iunij: q̄rta eiusdē
luna sūt egressi: q̄ est
q̄nq̄gesima die. a. xiiij
luna aplis.

Prius accipe. xv. dies pmi mēsis: ⁊ iūge cū
xiiij. dieb9 maij seq̄ntis. Ecce habes pmum
mēsem scōi anni. Jtē accipe. xvj. dies q̄ re
manēt de maio: ⁊ iūge cū q̄ttuor dieb9 iunij
⁊ habeb. xx. dies scōi mēsis a phase. ⁊ ita ve
ra erit vtraq2 cōputatio anni. s. legitimi ⁊ e
mergētis. sicut i textu l're ptinet. Ann9 vsu
alis iste incipit a ianuario. ⁊ hūc hñt hebrei
nobiscū cōem i negocijs suis. Ann9 natura
lis hui9 mēse. iij. luna. iiij. q̄ ē. l. dies. a. xiiij. lu
na aplis recesserūt. ¶ Duxit āt Moyses se
cū obal (al's obad) frēm vxor sue: q̄ nouerat
in q̄b9 locis p desertū castra cōmode poni
poterāt: pmittēs ei d optimis q̄ traderet eis
dñs. Sane cū eleuabat arca dicebat Moy
ses. Surge dñe ⁊ dissipent inimici tui ⁊ fu
giāt q̄ oderūt te a facie tua. Cū aūt depone
ret aiebat. Reuertere dñe ad multitudinē
filioꝝ exercitus israel.

¶ De electiōe septuaginta senioꝝ. Capitulū. XIIII.

Ortū est autē mur
mur populi ptra dñm dolentis p
labore. ⁊ accēsus ignis i ira dñi de
uorauit extremā partē castroꝝ: illos. s. q̄ re
tro lōge erāt. Orauitq2 Moyses ad dñm et
absorpt9 est ignis. Uocauitq2 nomē loci il
li9 icēsio. tñ nō fuit hoc mansiōis nomē. Jn
eadem q̄q2 māsione vulg9 pmiscuū qd ascē
derat cum eis. id est serui ⁊ ancille egyptij.
⁊ multi de israel pariter cum eis flagrabāt
desiderio carnium. Carnium nomine nō so
las carnes: sed alioꝝ ciborum etiā abundā
tiam intelligimus. Unde nec in querela eo
rum de carnib9 legit: cum dixerunt. Recor
damur pisciū q̄s comedebam9 gratis i egy
pto. in mentē veniūt nobis cucumeres ⁊ pe
pones: porriq2 ⁊ cepe ⁊ allia. anima nostra
arida est: nihil vident oculi nostri nisi man
na. Audiuitq2 moyses populum flentem: et
intolerabilis res visa ē ei: quia ⁊ ab eo escas
petebant. Et ait ad dominū. Cur imposui
sti populi huius pondus super me: nunq̄d
ego concepi ⁊ genui multitudinē oēm hāc?
Obsecro aut aliter puideas: aut interfici
as me. Cui dominus. Cōgrega mihi septu
aginta viros de seniorib9 israel quos meli
ores nosti ad ostium tabernaculi ⁊ auferā
de spiritu tuo: tradāq2 eis vt sustētent tecū
onus ppl'i: ⁊ populo dices. Cras dabo vo

bis carnes vsq; ad mēsem dieꝝ.i.q̄ sufficiēt ad mēsem: etiā vsq; ad nauseam. Et dr̄ large nausea p vomitu. Proprie est eñ vomit⁹ ille q̄ excitat̃ fetore sentine. Ablatio q̄dē spiritꝰ moysi: ⁊ traditio alijs nō est intelligēda diuisio spūs ei⁹ ꝑ ꝑtes: vel īminutio: sed illuminatio alioꝝ ad regendū ꝑplm̄. ꝑ eandē specialē grām ꝑ quā ⁊ Moyses illuminat⁹ erat: sicut de igne vnius lucerne multe illuminant̃ sine sui diminutione. Electos itaq; .lxx. viros duxit Moyses ad ostiū tabernaculi ꝑter duos q̄ in castris remāserāt nō ex ꝯtēptu: sed quia reputabāt se indignos. Quoꝝ vn⁹ vocabat̃ heldad: ⁊ alter meldad ⁊ erant (vt aiūt hebrei) fratres moysi ex matre: sed nō ex patre. Descēditq; dñs ꝑ nubē ⁊ requieuit spūs in eis q̄ stabāt cū moyse: ⁊ ꝓphetabāt. Sed et duo qui remanserant in castris ꝓphetauerunt. nec postea siluerunt. id est sempꝛ deinceps vocati sūt prophete. Et redijt Moyses cū illis ad castra

Hieronym⁹ dt super Paralip. non ex patre sꝫ ex mr̄e. q2 post legem acceptam amram mādante Moyse dimisit mr̄em ei⁹. quia amita ei⁹ erat. ⁊ eduxit aliā de q̄ suscepit hos duos. sed f̄m h̄ isti nōdū erant bimi. Magister soluit. Pōt dici lex accepta a Moyse ꝑ cognitionē in spū multo ante tēpore q̄ꝫ ꝑ datōem forsan ꝑ. xxx. vel. xl. ānos. Et ita isti duo potuerūt cōnumerari inter. lxx.

De datiōe carniū ⁊ ira dei suꝑ eos.
Caplm̄. XV.

Uentus vero egrediēs a dño arreptas ꝑcepto eius trans mare in insulis ortigijs coturnices detulit in castra ꝑ circūitū castrorū itinere diei vni⁹. volabātq; a terra altitudine duoꝝ cubitoꝝ. Surgensq; pplus cōgregauit sibi coturnices duob⁹ dieb⁹: ⁊ siccauit eas. Qui paꝝ. x. choros habuit. Fuerūt he coturnices vt tradūt nō modice que apud nos sūt: sed ille maiores q̄ regie aues dicunt̃: q̄s curleios a currēdo vocam⁹. Nōdū defecerat cib⁹: ⁊ furor dñi ꝑcussit ꝑplm̄ plaga magna nimis. Modus ꝟo plage nō determinat̃ hic. sed in psalmis videt̃ ꝙ fuerit ignis. Sepultusq; est ibi ꝑpls q̄ carnes desiderauerat. Uñ ⁊ loc⁹ ille vocatus est cabroth: al's cabaioth: qđ sonat desideriū sepulture, vel sepulcra ꝯcupiscētie.

De plaga marie ⁊ causa lepre
Caplm̄. XVI.

Egressi autem de sepulcris ꝯcupiscētie venerūt in asseroth: ibiq; iurgati sūt maria ⁊ aarō ꝯ moysen ꝓpter vxorē ei⁹ ethiopissam: q̄si rixātes cū eo. improꝑauerūt ei ꝙ reginā ethiopie in vxorē duxerat: vel ductā dimiserat. Uel poti⁹ ꝓpter vxorē ei⁹ Sephorā: q̄ rixata fuerat ꝯtra mariā. Madianite eñ q̄ndā vocati sūt ethiopes: vt legit̃ in Paralippomenon. ⁊ indignādo dixerūt. Nonne ⁊ nobis sicut ⁊ Moysi locut⁹ est dñs? Acsi dicerent. Quare vult moyses ꝑesse nobis: q2 locut⁹ est ei dñs. Et irat⁹ dñs dixit eis. Egredimi vos tres tm̄ ad tab'naculū. Cūq; starēt ibi: descēdit dñs in colūna nubis: vocāsq; Aaron ⁊ mariam ait. Siquis fuerit ꝓpheta inter vos loquar ei in visione: vel ꝑ somniū vel per enigmata: vel ꝑ figuras. Seruo ꝟo meo Moysi qui in omni domo mea fidelissimus est: ore ad os loquor. vt quid ergo detraxistis vos ei quasi parificantes. Et recessit nubes: ⁊ ecce apparuit maria leprosa Et ait Aaron ad Moysen. Obsecro dñe ne imponas nobis h̄ pcm̄. Orauitq; Moyses ad dñm. Deus obsecro: sana caꝫ. Cui dominus. Si pater eius spuisset in faciem eius nōne debuerat saltē septē dieꝝ rubore confundi. Separet̃ septē dieb⁹ extra castra. q. d. Si pater eius vilificasset eam ꝓ aliq̄ crimine suo: nōne deberet aliq̄ tempore verecūdari. Exclusa itaq; est maria extra castra septem dieb⁹: nec populus motus est donec reuocata est

De duodecim exploratorib⁹.
Caplm̄. XVII.

Egressus autem populus de asseroth: fixit tentoria in deserto pharan. Nō est pharan nomen māsiōis sed solitudinis plures māsiones ꝯtinētis: vt ī cathalogo māsionū manifestabit̃. Oēs eñ ꝯtinet mansiōes ab asseroth: que fuit. xiiij. vsq; ad asiongaber: q̄ fuit. xxxij. ꝑ q̄s oēs trāsierant in anno secun-

do. De asiongaber misit moyses ex pre cepto dñi. xij. viros singulos de singul' tribub' q̃ ꝯsiderent terrã quã possessuri erãt. Quoꝝ ꝓcipui fuerũt Caleph fili' Jephone de iuda. ꝛ osee fili' nun de ef fraim. Uocauitq; moyses osee Josue. H erat mi͠ster moysi Uñ q̃dam dicũt id qđ supra dictuz est iosue ꝑ anticipatio nẽ dictũ esse: q: nũc ꝑmo impositũ ẽ ei h nomen. Põt etiaz dici: q: moyses cu rã ꝛ salutẽ alioꝝ. xj. cõmisit illi. Cũq; vocaret Josue vel osee: q̃ nomia saluatorẽ sonãt: tũc ꝑmo ei hec noĩa appropriauit: cum saluatorem aliorum insti tuit. Precepitq; eis Moyses vt ꝯsideraret qualitatem terre ꝛ hominũ ꝛ vrbiũ: ꝛ affer rent de fructib' terre. Eratq; tempus quan do ꝓcoque vue comedi possunt. Qui ascen dẽtes explorauerunt terram. ꝛ veniẽtes in hebron viderũt tres viros đ genere enach vel enachim. id est de semine giganteo, qua les etiam viderant in thanai ciuitate egy pti: q̃ ꝛ a thanai titanes dicti sunt. Fuit au tem hebron septem annis edificata ante v bem thanaim. vnde ꝛ ab hebron semẽ gigã tium in egyptum descendisse credit. Descẽ dentesq; vsq; ad vallem vberrimã ꝛ torren tem: tulerũt de malisgranatis ꝛ de ficis lo ci illius. Palmitẽ q̃z cum vua absciderũt quẽ pre magnitudi ne tulerunt in vecte duo viri. Ob hoc ap pellatus est locus ille neelescor. id est botri torrens.

Hec sũt nomia. xij. ex ploratoꝝ quos misit Moyses. de tribu ru ben Semmaa. de tri bu symeon salphaat. de tribu iuda caleph de tribu isachar igal. de tribu effraim osee vel iosue. de tribu ben iamin phalti. de tribu zabulon geldehel. de tribu ioseph gaddi. đ tribu Dan Anuel. de tribu Aser stur. de tri bu neptali Halbi. de tribu Gad guel. Hec sunt nomina viroruz q̃s misit Moyses ad ꝯsiderandam terram chanaan

Malagranatus ar bor, malumgranatuz fructus

¶ De murmure ꝑpli pro quo per xl. annos ĩ deserto perierunt.

Caplm. XVIII.

Reuersiq; post dies quadraginta venerũt ad populum suum in cades. de. xxxij. eñ mãsiõe interim egressus erat populus ꝛ morabatur in. xxx iij. Tamen quidam tradũt q̃ de cades mis si sũt exploratores: ꝛ ibi eos expectauit po pulus. Hanc mansiõem vocat Joseph' cõ uallem iuxta chana neoꝝ termĩos existẽ tem ꝛ ad habitandũ difficilẽ. ꝛ cõmẽdan tes viri terrã quã vi derant addiderunt. Sz cultores fortissi mos bz. vrbes gran des ꝛ muratas. stir pez enach vidimus ibi. q̃b' nos cõpara ti q̃si locuste videbamur. terra quã lustraui mus đuorat habita tores suos. qđ sic ex ponit hebre'. Terra ĩfirma ẽ. nec hĩe diu tius viuaces hoĩes põt. vel q: nulli gẽti licebat diu in ea habitare ꝓpter freqnentes ĩpugnatiões supueniẽtiũ. Uñ ꝓpheta cũ se curitatẽ ꝑmanẽdi illi terre pollicet. hoc op probriũ ab ea auferendũ dicit: q̃ nõ vocabi tur terra cultores suos deuorans. Põt ta men ꝛ in cõmendatiõem terre dici q̃ adeo bona sit vt null' ex ea ꝑegrinari velit. sz q̃ ĩ ea nascit morit ĩ eadẽ. Igit audiẽs hec oĩs turba: fleuit dicẽs. Utinã mortui essemus ĩ egypto. Nõne meli' ẽ reuerti in egyptum q̃s cadam' gladio: ꝛ vxores ꝛ liberi tradant ca ptiui. Cõstituam' nob ducẽ aliũ q̃s moysen: ꝛ reuertamur in egyptũ. At vo Josue ꝛ Ca leph sciderũt vestimẽta sua dicẽtes. Nolite rebelles esse ꝯtra dñm. id est eũ mendacẽ in ꝑmisso iudicare: quia sicut panẽ populum terre hui' deuorabim'. Cunq; clamarẽt in eos alij decẽ q̃ terruerant populũ: ꝛ omnis multitudo lapidib' vellet eos opprimere: ap paruit gloria dñi sup tectũ federis. Et ait dñs ad Moysen. Quousq; nõ credet mihi ꝑpls hic: feriã eos ꝛ faciã te in gẽtẽ magnã Cui moyses. Obsecro dñe ne fiat h: ne for te insultẽt tibi egyptij ꝛ dicant. Nõ potuit ꝑplm inducere ĩ terrã quã ꝑmiserat. Cui do min'. Juxta v̈bum tuũ dimisi. Attamen vi uo ego: null' eoꝝ q̃ viderunt signa q̃ feci in egypto. numerati. s. a. xx. annis ꝛ supra. ꝛ iã

In terra ꝑmissionis habitabãt septẽ po puli q̃ꝝ vn' erat cha naneus.

Sic ꝛ nos cui inui dem': laudib' ei' cuz aduersatõe vicia sub nectim'

Aduerte ꝯplicẽ eius dẽ expositionẽ. qđ di ctũ ẽ: terra quã lustra uim' de uo, ba. su.

per .x. vices .i. multotiēs tētauerūt me. videbit terrā pro qua iuraui pr̄ibꝫ eoꝝ p̄ter Josue ⁊ Caleph. Amalechites ⁊ chananeus habitant iuxta vos ne superueniant. mouete cras castra ⁊ redite in solitudinē iuxta numeꝝ .xl. dierū q̄bus terrā ↄsiderastis q̄draginta annis recipietis iniq̄tates vr̄as. Locutusq̧ est moyses oīa verba hec ad eos. ⁊ luxit pplꝰ nimis. Et ecce mane surgētes dixerūt ad moysen. Peccauimꝰ desperātes: parati sumꝰ ascendere ad locū quē ꝓmisit dn̄s. Et moyses ad eos. Nolite ascēdere: nō eñ dn̄s vobiscū est. At illi ↄtenebrati: sine deo .s. posse vicere putātes ascēderūt: arca cū Moyse ⁊ leuitis remanēte in castris. Persecutusq̧ est eos Amalechites ⁊ chananeꝰ ꝑcutiēs vsq̧ ad locū q̇ ob h̄ vocatꝰ est horma .i. anathema. ⁊ redierūt ad solitudinē

Sed q̄r in oī ope dei ↄiūcta est iusticie misericordia subdit: q̄niā autē.

Iteꝝ subdit de iusticia dei iuxta numerū ⁊c. Un̄ dauid propheta .xl. ānis offen̄. f.g.h.

¶ De lapidatiōe colligētis ligna ī sabbato. Caplm̄. XIX.

Factū est autē cū essent in solitudine inuenerūt hominē colligentē ligna in sabbato: quē reclusit Moyses donec cōsuleret dn̄m. De quo dixit dominꝰ: Moriat̄ hō iste extra castra lapidibꝫ obruat̄. Et factum est ita. Quidā putāt hūc fuisse Salphaat: q̄r ⁊ filie eiꝰ postea dixerūt. Pater noster in deserto ī peccato suo mortuꝰ est. Ibidem etiam precepit eis dominꝰ vt per q̄ttuor angulos pallioꝝ fimbrias ponerēt iacinctinas: ob recordationē etiā minimoꝝ p̄ceptoꝝ dn̄i obseruādā. Has magnificauerūt pharisei intātum vt etiam spinas ī eis ligarēt: vt freq̄nti carꝑūctiōe ad memoriā iugē p̄ceptoꝝ dn̄i excitarent̄. Quadratis tūc iudei vtebant̄ palleis ⁊ adhuc in angulis vestis quadrate ī synagogis suis habent fimbrias iacinctinas ob recordatiōem legis date de celo. Hoc autē faciebāt vt a ceteris gētibꝫ etiam habitu discernerent̄.

¶ De scismate Chore Dathan ⁊ Abyron: et plaga eoꝝ. Caplm̄. XX.

Ecce autē Chore filiꝰ isuar fratris amram cū vidissꝫ fratrueles suos honoratos. alteꝝ sacerdotio: alteꝝ ducatu ppl'i inuidit ⁊ murmurans ↄtra Moysen ⁊ aaron cōplices secū habuit ccl. de leuitis maioribꝰ: q̄s etiā dignos sacerdotio p̄ferebat. Adiūxeratq̧ sibi dathan ⁊ abyron potētiores rubenitaꝝ: q̄bus ꝓncipatū ppl'i deberi dicebat. q̄r fuerāt de Ruben ꝓmogenito. Quibꝫ Moyses ait. Tollat vnusq̄sq̧ vestꝝ thuribulū suū: ⁊ cras hausto igne supponat thimiama: ⁊ Aaron vobiscū: ⁊ quē elegerit dn̄s/ ip̄e sit sctūs. Misit ḡ Moyses mane vt vocaret Dathan et Abyron: q̇ dixerūt. Nō veniemꝰ. Et ↄuocata oī multitudine: dixit Moyses ad Chore ⁊ .ccl. Tollite thuribula vr̄a ⁊ ponite thimiama sup ea ⁊ state corā dn̄o. Illis aūt sic stātibꝫ Moyses descendit cū senioribꝫ ppl'i ad Dathan ⁊ Abyron vt eos vocaret. Nam et Abyron (vt d̄t Josephꝰ) ex patre leuita erat. Illi aūt stabāt cū vxoribꝫ ⁊ liberis: ⁊ oī freq̄ntia domꝰ sue ī introitu papilionū suarū: parati potiꝰ ad resistēdū (si vim inferre vellet moyses) q̄ȝ ad obediēdū. Qd̄ vidēs moyses orauit ad dn̄m vt insolita morte ꝑirent. ⁊ sic planū fieret q̄ dn̄s ip̄m miserat. Quo orāte ⁊ flēte tremuit terra: expauitq̧ pplꝰs: grādi strepitu ꝑ illoꝝ tabernacula excitato ⁊ scissa ē terra sub pedibꝫ eoꝝ: ⁊ aꝑiēs os suum deuorauit eos cū oī suba eoꝝ. ⁊ descēderūt viui ī infernū .i. in patulū terre hiatū. Et reducta est terra q̄si nihil hoꝝ factū eē videret̄. Sed ⁊ ignis egressus est de thuribulis Chore ⁊ ↄciliī eiꝰ: tātus q̄ntus nec de terra ꝓlatꝰ vel ↄcursiōe fulminū aut violētia spirituū visus est vnq̄ȝ exilire: ⁊ deuorauit eos Aaron stante illeso. Tulitq̧ Eleazar thuribula eoꝝ ex p̄cepto dn̄i igne huc illucq̧ disperso: ⁊ ea ꝑduxit ī lamias. formāsq̧ ex eis coronulas aureas: affixit eas altari eneo ad cōmonēdū filios israel. ne q̇s nisi de semie

Nota q̄ isuar ⁊ Amrā frēs erāt. quoꝝ alter .s. isuar q̄r ꝓmogenitus erat. visum fuit filio eiꝰ .s. Chore q̄ ip̄e potiꝰ haberet sūmum sacerdotiū q̄ȝ Moyses filiꝰ amrā. ⁊ h̄ idē voluit ꝑsuadere Dathan ⁊ Abyron de dignitate ducatꝰ q̄r potiores erāt rubenitis

Aaron accederet ad offerēdū incēsum dño ne similia pateret̃. tñ ⁊ sic fabrefacte erāt ꝙ ⁊ ibi stabāt ad decorē

De exustiōe ppl'i extincta ꝑ Aaron
Caplm. XXI.

Ceteruz sequenti die murmurauit oīs multitudo ꝯ moysen ⁊ aaron dicēs. Vos interfecistis pplm dñi. Cunq̄ vellēt eos obruere lapidib⁹ fugierūt ad tabernaculū. ⁊ operuit eos nubes. apparuitq̄ gl'ia dñi. ⁊ egressus ignis a dño deuorauit pplm. Dixitq̄ Moyses ad Aaron. Tolle thuribulū: ⁊ hausto igne de altari. ponēsq̄ thimiama: ꝑge cito ad pplum vt roges ꝓ eis. Accelerāsq̄ aaron cū thuribulo: ⁊ stās inter viuos ⁊ mortuos: orauit dñm ⁊ plaga cessauit. Fuerūt aūt ꝑcussi ex eis. xiiij. milia ⁊ septuaginta.

Signo ꝑmisso ꝯfirmatū fuit sacđotiuz aaron. Adhuc duo sequunt̃: q̄rū alteꝝ hic supponit̃

De virga aaron q̄ nocte vna floruit ⁊ fronduit ⁊ peperit nuces.
Caplm. XXII.

Attamen nōdū cessauerat tumult⁹ sup sacerdotio aaron. Dicebāt eñ. q² ⁊ si nō p̄dictos leuitas elegerit dñs: poterat esse ꝙ aliq̄ de aliqua reliquaꝝ tribuū digni eēnt sacerdotio. ⁊ forte de oīb⁹ tribub⁹ aliq̄d vellet dñs habere sacerdotes: ne tāta ministerij dignitas vni domui ⁊ tam paucis crederet̃ ministris. Accusabantq̄ moysen de deserti inopia: eo ꝙ eoruz negociaret̃ inopiam vt semper eius viderent̃ egere auxilio. Tulit ergo Moyses ex p̄cepto dñi virgas duodecim p̄ncipū: ⁊ scripsit ī vnaquaq̄ nomē tribus sue: vel potius p̄ncipis. Scripsit aūt in virga Aaron nomen Leui. ⁊ p̄ter has. xij. sumpsit vnā seorsum cūctas familias cōtinentē. in q̄ ꝓbaret̃ vtꝝ de omib⁹ tribub⁹ vellet de⁹ hr̄e sacerdotes. In Numeris tñ legitur nō fuisse virgas nisi. xij. qđ intelligēduz est đ singularib⁹. s. excepta generali. Quas cū posuisset in tabernaculo corā dño: sequenti die regressus inuenit germinasse virgā aaron ⁊ folijs dilatatis amygdala ꝓtulisse. Sane hic tertio deo ordināte aaron sacerdotium firmissime possedit. Nā ⁊ in signū rebelliū p̄cepit dñs virgam Aaron suari in tabernaculo in posteꝝ.

Dicebāt moysen spōte eos ꝑ desertū duxisse vt ipi suo egerēt auxilio

De reditu in cades in. xl. anno.
Caplm. XXIII.

Fuerunt itaq̄ filii israel lōgo tp̄e in solitudine. multo sederunt tēp̄e in cades barne: ⁊ diu circūierunt mōtē seir: ⁊ r̃dierūt fere vsq̄ ad mare rubꝝ: ⁊ circa fines synai. ⁊ ꝓstrata sūt cadauera eoꝝ in deserto. Tādem post multos labores ⁊ annos. xxxviij. redierūt ad cades vñ miserāt exploratores. vel in q̄ redierūt ad eos: vt dictū est. q̄ est ī deserto syn. nec illđ ē desertū ad qđ venerūt. viij. māsiōe: vt đt Hierony. Prior eñ scribit̃ syn ꝑ samech. ⁊ interp̄tat̃ rub⁹ vl' odiū. Syn vero in q̄ cades vl' q̄ est cades: scribit̃ ꝑ sade. ⁊ interp̄tat̃ mādatū: vel scīā. ⁊ est (vt q̄dā volūt) pars deserti pharan. In fine igit̃. xxxix. anni a finib⁹ synai venerunt ī cades. xj. dieb⁹. ⁊ potuit esse ꝙ tm̄ iret. xj. dieb⁹ ꝯcito gradu q̄ntū iuerāt. xxj. māsiōib⁹ tardo. vel ꝑ aliā viam. Redierūt ḡ filij isrl'. xl. anno mēse p̄mo in desertū sin. ⁊ māsit ppl's ī deserto cades Et sic. xlij. māsiōes filioꝝ isrl' q̄b⁹ legunt̃ ꝓfecti ab egypto vsq̄ ad cāpestria moab iuxta iordanē: trib⁹ tm̄ annis cōplete fuerunt. xij. ab egypto vsq̄ ad montē synai anno p̄mo a xiiij. die mensis p̄mi: vsq̄ ad diē p̄mā mēsis tertij. Deinde anno scđo. xx. die mēsis p̄mi ꝓfecti a synai vsq̄ ad cades. xx. māsiones. ⁊ vnā explenerunt infra annū scđm. tñ quoto spacio anni nō est determiatū sicut in p̄mo per. xxxviij. annos post errantes ⁊ ꝓstrati. xl. anno redierūt ad eādē cades. Eo anno reliq̄s. ix. māsiōes trāsegerūt. Et si inueneris. x. huius āni fuisse māsiōes: scito ꝙ int̃ has iteꝝ numerat̃ cades repetita.

Syn de q̄ h agit̃ vel est cades vel ī eo ē cades. Vñ đr syn ī q̄ cades ⁊c̄.

Quasi diceret: nō est ita distinctū in māsionib⁹ scđi anni q̄ntū tp̄is flueret int̃ vnaz māsionē ⁊ aliā sicut ī mansionibus primi anni

De morte marie et aque contradictionis Capitulum. XXIIII.

Mortua est autem maria in cades deum. xl. (vt dicit Josephus) compleuisset annum: ex quo egyptum dereliquit. i. initio mensis xantici: qui et nisan secundum lunam. Et sepelierunt eam in monte qui vocatur syn. Transactisque. xxx. diebus flet9 Moyses populum purgauit hoc modo. Vitulam trimam totaz rubeam extra castra combussit. Et prosequitur hic Josephus ordinem cinerum lustrationis: quem dominus decima die mensis septimi fieri precepit. Et videtur velle nunc primo combustionem huiusmodi a moyse factam. Unde etiam subdit Hoc etiaz venturos seruare precepit. et potuit esse quod impediti huc usque distulerunt: quia nec pascha interim celebrasse leguntur. Cum autem intrauerunt terram promissam secundum precepta domini: legitima sua prosecuti sunt. Etiam hic dicit Josephus antequam redissent in cades eos venisse ad terminos idumee et misisse nuncios ad edom pro libertate transitus per terram suam. Quod cum prohibuisset moyses inde recessit per desertum iter faciens. Historia Numeri dicit post mortem marie misisse israel ad edom. Nec est liquidum vtrum Josephus per anticipationem an liber numeri per recapitulationem hoc dixerit

Iste edom frater Jacob fuit.

Nos vero sequentes ordinem historie dicimus quod mortua maria indiguit populus aqua. factaque seditione contra moysen et Aaron in populo: orauerunt ambo ad dominum. Quibus dominus ait. Tolle virgam et congrega populum ad petram: et percussa dabit vobis aquam. Utrum virga qua fronduerat: an alia vsus est Moyses hic est dubium. Et tamen quia in numeris legitur: virga que erat in conspectu domini videtur fuisse virga que erat in arca. Et congregata multitudine ante petram: dixit moyses. Audite rebelles et increduli. nunquid de petra hac poterimus aquam vobis eijcere. Hic autem cum in alijs egissent moyses et Aaron fiducialiter. turbati populo murmurante diffiderent egerunt: quod domino manifestante cognitum est. Non enim ex opere eorum aliquid vel verbo hoc perpendi potuisset: nisi forte quia Moyses quasi dubitans dixit Nunquid poterimus et cetera. quia inde sensus affirmationis poterat elici: quasi poterimus. vel negationis quasi non poterimus. Cum igitur percussisset prius virga silicem: quia desperauerat: non manauerit aqua. Secundo vero ictu egresse sunt ita largissime vt biberet populus et iumenta. Et dixit dominus Moysi et aaron. Quia non credidistis mihi: non introducetis populos hos in terram eorum. Hec est aqua contradictionis: quia etiam electi desperauerunt de promissis et potentia dei quasi contradicentes promittenti

De circuitu idumee. Capitulum. XXV

Misit moyses nuncios de cades ad regem edom dicentes. Frater tuus Jacob mandauit tibi hec. obsecro vt liceat nobis transire per terram tuam Non ibimus per loca culta: via publica gradiemur. non declinabimus neque ad dextram nec ad sinistram. Si biberimus aquas tuas: quod iustuz erit dabimus. Et respondit. Non transibitis per me. Timens tamen ne transirent: egressus est obuiam in manu forti. Quamobrem diuertit ab eo israel: maxime quia deus preceperat ei. Non pugnabis aduersus fratrem tuum. Circuiuitque idumeam: egrediensque de cades: et incedens per desertum arabie. pertransiens que archim metropolim arabum: que nunc petra dicitur venit ad montem hor qui est in finibus terre edom.

De morte Aaron. Capitulum. XXVI.

Dixit locutus est dominus ad Moysen. Pergat inquit aaron ad populum suum. Non intrabit terram promissionis: eo quod incredulus fuit ori meo. Tolle aaron et filium eius cum eo: et duces eos coram omni populo super montem hor. Cum nudaueris patrem stola pontificali: indues ea Eleazarum: cui pontificatus accessit per etatem primogenito per ignem absumpto. Et fecit moyses quod preceperat ei dominus. Et mortuus est aaron in monte hor. In deuteronomio dicitur muscera locus sepulture aaron: qui vsque hodie monstratur in montis vertice. Populus vero fleuit eum. xxx. diebus. Mortuus est autem xl. anno egressionis cuz esset. cxxiij. annorum. eodem anno quo et maria mense. v. qui et apud hebreos dicitur sedebach: apud romanos Augustus. prima die mensis secundum lunam.

De victoria post votum anathematis Capitulum. XXVII.

Cumque audisset chananeus qui habitabat ad meridiem venisse illuc israel: pugnauit cum eo et obtinu

it ꝛ adduxit ex eo p̄dam. Israel autē vouit dño ꝙ si traderet eū dñs in man⁹ suas ciuitates ei⁹ anathematizaret. qđ fecit. Et vocauit nomē loci illi⁹ horma. i. anathema. Forte hic est loc⁹ q̇ sup̄ ꝑ anticipatōem vocat⁹ ē horma. Anathema đr ab anathene. i. sursuȝ ponere: qđ est deuotare. i. voto deorsum ab vsu nr̄o sepāre: cū. s. res vota ꝛ reddita sursum iu tēplis ponebaṫ. Et nota ꝙ olim generaliter popul⁹ terre ꝓmissiōis dictus est chanane⁹. Uñ et hic nomīe generali vocat eos q̇ erant ad meridiē. Tunc eñ septem ꝑpl'i ꝓprijs vocabanṫ nomib⁹ in ea. ꝛ ille ꝓprie dicebaṫ chanane⁹ qui habitabat maritimam.

Tres leguntur victi ꝑ cappadoces i genesi

¶ De s̄pente eneo ꝯtra ignitos s̄pentes Capitulū. XXVIII.

Profecti de monte hor venerunt in salmana: vbi cepit populum tedere itineris ꝛ laboris dū circuīrent terram edom: ꝛ murmurauit ꝯtra Moysen. Ideo misit dñs i ꝑpl'm ignitos serpentes: q̇ dicebanṫ igniti: q꞉ minimi ꝛ veloces erant ad modū scintillaꝝ. Uel vt alij tradūt tactum veneno inflāmabāt vsq ad tumorem ꝛ ruborem igneum. Rogauerūtq Moysen vt oraret ꝑ eis. Cui dñs ait Fac s̄pentē eneū ꝛ pone in ꝑticaȝ in medio ꝑpl'i eminentē. ꝛ q̇cūq ꝑcussus fuerit a s̄pēte: respiciat eum ꝛ viuet. Et factum est ita. Hunc secū semꝑ habuerunt filij israel. ꝛ magnifice reposit⁹ ē in hierusalem. Tandem ob cultum supꝑstitionis quē populus ei exhibebat cōminuit eum in puluerem rex iuda.

Quia historie sibi super h̄ ꝯtradicūt. idō nomē regis nō ponitur. qđ tñ post determinabitur

¶ De scopulis torrentiū q̇ gestierunt. Capl'm. XXIX.

